Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Cyprii, Protonotarii Constantinopolitani, Chronicon Ecclesiae Graecae

Philippus <Cyprius>

Franeqverae, 1679

15 De diversis jejunij speciebus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10949

Visual Library

ΚΕΦΑΛ ΙΕ.

Περὶ διαφόρων νηστειῶν.

Ἔτι πρὸς ταῦτα νηστεύουσι καὶ ἐν τῇ δεκάτῃ τετάρτῃ ἡμέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός, τιμῆς ἕνεκα τοῦ σταυροῦ, ὅτι ἐν αὐτῇ ἡμέρᾳ εὑρέθη ὁ σταυρός, καὶ ἄγουσιν ἑορτὴν τοῦ σταυροῦ, νηστεύοντες ἀπὸ ἀλειμμάτων, ὅτι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀσπάζονται τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὀφείλουσι νηστεύοντες ἀσπάζεσθαι αὐτόν. Ἔτι νηστεύουσι καὶ ἐν τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ τοῦ Ἰανουαρίου μηνός, ἀπὸ παντὸς ἀλείμματος, διότι τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἐβαπτίσθη Χριστὸς κατὰ τοὺς Ἕλληνας, καὶ τούτου ἕνεκα οἱ ἱερεῖς ἐν τῇ αὐτῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ ἁγιάζουσι τὰ ὕδατα, καὶ πίνει ὁ λαὸς ἐξ ἐκείνων τῶν ἡγιασμένων ὑδάτων. Καὶ ἵνα ᾖ καθαρὸς ὁ λαός, ὅταν πίνῃ τὸ ὕδωρ, νηστεύει τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ, τουτέστι τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ τοῦ Ἰανουαρίου μηνός.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ.

Περὶ τῶν οὐ νηστησίμων ἡμερῶν.

Καταλύουσι τὰς τετράδας καὶ τὰς παρασκευάς, τουτέστιν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Ἑρμοῦ, καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Ἀφροδίτης ἐσθίουσι κρέατα, καὶ λοιπὰ ἀλείμματα, τουτέστιν, ὅσα παράγεται ἀπὸ τοῦ κρέατος, ὥσπερ ᾠά, βούτυρον, γάλα, τυρόν, καὶ ἕτερα τοιαῦτα, ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως ἡμέρας, ἕως τῆς τετάρτης τοῦ Ἰανουαρίου μηνός, τουτέστιν, ἀπὸ τῆς εἰκοστῆς πέμπτης ἡμέρας τοῦ Δεκεμβρίου μηνός, ἕως τῆς τετάρτης ἡμέρας τοῦ Ἰανουαρίου μηνός. Τῇ δὲ πέμπτῃ ἡμέρᾳ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς νηστεύουσιν, ἵνα τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ πίωσι τὸ ἡγιασμένον ὕδωρ, περὶ τοῦ ὁποίου ὕδατος πρὸ ὀλίγου εἴπομεν, καὶ Χρυσόστομος ἑρμηνεύει, Περὶ τοῦ ἁγιασμοῦ τοῦ ὕδατος. Εἰ μὲν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Ἑρμοῦ, ἢ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Ἀφροδίτης τύχῃ ἡ γέννησις τοῦ Χριστοῦ, ἐσθίουσι κρέατα, καὶ πᾶν ἄλειμμα οἱ κοσμικοί· οἱ δὲ μοναχοὶ μόνον πάντα τὰ ἀλείμματα ἄνευ κρέατος καὶ στέατος, διὰ τὴν χαρὰν τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ. Ὡσαύ-

CAPUT XV.

DE

Diverſis jejuniorum generibus.

PRæterea jeiunant etiam decimâ quartâ die menſis Septembris in honorem crucis, quæ in illâ die eſt inventa. Feſtum autem crucis abſtinentiâ ab aleimmatibus celebrant: quandoquidem eo die crucem Chriſti ſalutant, & debent eam ſalutare jejunantes. Inſuper abſtinent quoque in quintâ die Jannuarii ab omnibus aleimmatibus, & id quidem hâc de cauſâ, quia ſexta dicti menſis die ſecundum Græcos Chriſtus baptiſmate tinctus eſt; quamobrem Sacerdotes memorata die ſexta aquas conſecrant, populuſque aquas illas conſecratas bibit. Atque ut populus ad hauriendam aquam purus accedat, die præcedenti, qui eſt quintus menſis Jannuarij, jejunant.

CAPUT XVI.

DE

Diebus quibus non jejunatur.

NEgligunt etjam jejunia quartæ feriæ & ſextæ paraſceues, hoc eſt, die Mercurii & die Veneris carnes aliaque aleimmata, quæcunque à carne ortum habent, ut ſunt ova, butyrum, lac, caſeus, & cætera hujus generis edulia in cibum adhibent, idque à feſto natalitiorum Chriſti uſque ad quartam Januarii, hoc eſt, à die vigeſima quinta Decembris ad quartam menſis Januarii obſervant. Quinta die Januarii autem rurſus jejunant, & quidem ideò, ut ſexta die conſecratam aquam (qua de & nos paulò ante quædam protulimus, & Chryſoſtomus in tractatu De aquæ ſanctificatione verba facit) bibere poſſint. Quòd ſi verò ſolennitas nativitatis Chriſti in diem Mercurii aut Veneris incidat, ſeculares & carnibus & omnibus aleimmatibus veſcuntur: monachi verò ſolùm aleimmatibus ſine carne, idque propter gaudium è nato Chriſto exortum. Eundem ad modum & ſexta die Ja-